Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ezechiel

pauimenta uoluntaria domino. Aperietur ei porta que respicit ad orientem. & faciet holocaustum suum & pacifica sua. sicut fecit solet in die sabbati. Et exibit. & claudetur porta. postquam exierit. & usq; in crastinum non aperietur. & faciet holocaustum domino cotidie. Agnum anniculum sine macula faciet holocaustum domino cotidie. Et super eum mane sacerdos faciet illud. & sacrificium super eo mane siceram quartam partem ephi. Et oleo tertiam partem hin. ut misceatur simile sacrificium domino. legitimum sempiternum. Hec dicit dominus deus. Si dederit princeps domui alicui de filiis suis hereditas eius filiorum suorum erit. illius usq; ad annum. et possidebunt eam hereditate. Si autem dederit de hereditate sua. uni seruorum suorum. erit illius usq; ad annum remissionis. et reuertetur ad principem. hereditas autem eius filiis eius erit. & non accipiet princeps de hereditate populi. ut violenta eam. & de possessione eorum. sed de possessione sua. hereditate dabit filius suus. ut non dispergatur populus meus. unusquisq; a possessione sua. Et introduxit me per introitum qui erat ex latere porte. in sanctuaria pulchra sanctuarii ad sacerdotes que respiciebant ad aquilonem. & erat ibi locus unus ad occidentem. Et dixit ad me. Iste est locus ubi coquent sacerdotes pro peccatis. & pro delicto. ubi coquent sacrificium. ut non efferant in atrium exterius. et sanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius. & circumduxit me per quatuor angulos atrii. Et ecce atriolum erat in angulo atrii. atriola singula per singulos atrii in quatuor angulos atrii. atriola disposita. xl. cubitorum longitudo. et xxx. latitudo. mensure unius quatuor erant. & parietes parietum ambiens quatuor atriola. & caminus fabricate erant subtus parietes per gyrum. Et dixit ad me. Hec domus culinarum in qua coquent ministri domus domum victimas

CAPVT XLVII

populi mei. ad portam domus. & ecce aque ingrediebantur subter limen domus ad orientem. facies autem domus respiciebat ad orientem. aque autem descendebant ad latus templi dextrum. ad meridiem altaris. Et eduxit me per viam porte aquilonis. & circumduxit me ad viam foras portam exteriorem viam que respiciebat ad orientem. & ecce aque redundantes a latere dextro. Cum exiret vir ad orientem qui habebat funiculum in manu sua. & mensus est mille cubitos. Et traduxit me per aquam usq; ad talos. Rursum & mille. & traduxit me per aquam usq; ad genua. Rursum & mensus est mille. & traduxit me per aquam. usq; ad renes. & mensus est mille. torrentem quem non potui pertransire

109